



Quadragesimale

Paoletti, Agostino

Coloniae Agrippinae, 1677

Feria V. post Dominicam Passionis. 32. Lachrymæ Magdalenæ margaritæ fuerunt pretii inæstimabilis, siquidem nullum inveniri pretiu[m] potest, quod eas adæquare possit.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55672](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55672)

SERMO XXXII.
IN FERIAM QUINTAM
DOMINICÆ PASSIONIS.

Lachrymis cepit rigare pedes ejus. Luca 7.

Hoc sacro die sancta mater Ecclesia mulierem quandam inter omnes mulieres maximam peccatricem ob oculos statuit: *Erat in civitate peccatrix*, quæ postea conveſta est in quandam Sanctissimarum mulierum perfectissimam Ideam. Ipsa namque speculum quoddam perfectionis fuit, adedque austeram vitam duxit, quam cogitare quidem, non tamen pro sui dignitate effari possumus. Hortus fuit, in quo omnes viturum flores progerminarunt; *Aerarium* quoddam exiit, in quod omnis venustatis & decoris divitias natura reposuit: *Theatrum* fuit, in quo gratiæ divinæ miracula representata conspiciuntur. Unde caix hodie unicuique lyncis & Argi oculos exoptarem, ut in hac muliere hodie contemplari dignè, & sufficienter admirari possent, pulchritudinem *Rachaelis*, *Saræ* modestiam, bonitatem *Ruthi*, devotionem *Annæ*, *Jaelis* generositatem, humilitatem *Esther*, *Susaanæ* castitatem, prudentis *Rebecæ*, omniumque aliarum mulierum quæ in Scriptura sacra celebrantur prærogativas: vel etiam tales omnibus exoptarem auriculas, quales mulieris hujus sanctissimæ præclara fama requirit, ad auscultandas illius mulieris prærogativas, quæ *Luetia* & *Virginea* exiit castior, *Thomiride* fortior, *Artemisia* honestior, *Livia* magnificentior, tolerantior *Iphieræa*, *Thufcia* religiosior, constantior *Cama*, *Mathilde* sapientior. Mihimetipſi denique tot apprecari linguas deberem, quot in turri *Babylonica* exorta fuisse perhibentur, omnes namque illas patitur ad hujus Sanctæ majorem gloriam adhibere contenderem: non quidem ut vobis repta sententiam qualiter comam suam aut eam argento, auro, margaritis & gemmis extenuat crispavitque, scio etenim quam parum vero tempore cælo fidendum sit sereno. Neque ad explicandum, quanta fuerit paupertatis amatrix, bona fortunæ haud alio quam fortuna phantastica loco habendo, intra spectulæ suæ horrores vitam ducendo Angelicam, sustentando se non per aliam quam propriam lacrymarum aquam, alium sibi non adhibendo, quam doloris panem, nec alio quam propriæ capillaturæ seu comæ suæ amictu sustentando. Nec ut vobis exponerem, qualiter postquam in hortum illud ferarum devoriorum pervenisset, licet id omnis quantum vis miseræ annonæ expers esse deprecaberet, non tamen obid, velut incredulus *Ussitatus* fecisse legitur, desperavit, sed spem suam in Dei manus sumiter collocavit, ut proinde de eodoci possit: *Erat cor ejus fiducia habens in Deo*. O utinam tot mihi Deus linguas concederet, quot desiderio, utique demonstrare vobis vellem, non qualiter ut eum Deo temper tractare possit, se subduxerit à saeculo: nec qualiter si solum Redemptoris faciem exoptaret, incognitus ei fuerit, omnis vultus huiusmodi, nec quod mox ut pedem suum horridæ & noculæ solitudinis illi, in qua pœnitentiam egisset, intulit, inde haud secus ac peccata ab manu fugati fuerint omnes serpentes, qui solitudinem illam hæcenus inaccessibilem & minime habitabilem reddiderant; nec qualiter eorum abstinentiæ consecravit, ex solis vivo cado radibus & herbis; nec quod dum etiam ne habitabile quod contemplationi suæ impedimentum adferrent, timeret, hanc à Deo gratiam postularit, ut sine ullo profus cibo corporeo & terrene

quam conservare vitam posset, illudque pro con-
 tinuorum triginta annorum spatio exilicis im-
 peravit, nec quodam Deo lapides & saxa in fon-
 tes transformare meruit, ut vel sic oculi ejus
 infusa fontium lachrymarum rivos effundere
 continuo discederet; nec quod alia petra veluti
 innocenti ejus corpulculo compatientes adin-
 thar cere emollita fuerat, ejusque corpori fo-
 vesdo cesserat; nec quod quolibet die septies
 apertis fuerit manibus de terra elevata ad ca-
 lum, per hoc se non mente tantum sed & corpo-
 re a ceteris terrenis abstractam esse demonstrans;
 nec quod plerumque centies a Christo visitata
 atque circa renes suos circumgulo quodam ex luci-
 dissimo auro fabricato ab eodem succincta fue-
 rit ad instar Angeli illius quem Daniel vidit:
Et nos ejus acinthus auro obrivis; nec quod Ange-
 lus ad sui cultodiam a Deo ipsi destinatus visi-
 biliter ei apparet, quotidie mane Eucharistiae
 sacratissimo pane eam cibaverit; nec quod ca-
 lum post Mariam deiparam nullam habeat vir-
 ginitatem quae in cordis puritate p̄cellere, aut ei
 comparari possit. Haec enim omnia in compara-
 tione ad talenti mei humilitatem subiecta fun-
 tus esse nimitis sublimia, sed ad id solum me
 dirigunt, prout etiam in praesenti discursu me
 tractatione decevi, ut pretium & praestantiam ex-
 ceptam lachrymarum peccatricis hujus, quae a
 ceteris suis potius quam ab oculis hujus, quae a
 ceteris pedes manarunt: *Lachrymis capiti rigare pe-*
des, ut sicut aliter dicere leuit: Ex ungue Leo-
no, vos quoque ex unica ejus lachryma Sancti-
sis & meriti sui excellentiam tanto evidentius
comperere valeatis. Satis quidem futurum esse
speculo, si auctoris paribus suo gens la-
chrymis Magdalenae sanctissimae oratricis &
sollicitae inopus relinquere, siquidem &
lachryma pendens voci habent: Verumtamen
quia lachrymae in tanta copia & abundantia ef-
fundit, ceratim inter se de exordio sermonis con-
nectere possent, quoniam futura esset prima, ideo
ad hunc inter illas tollendam controversiam ea-
rum loco ego loquar, si tamen vos sileat me
insultaveritis.

ob culpas commissas; iisque utebatur velut ar-
 gento quodam, quo per gratiam Dei adjuta, ab
 inimici infernalis servitute ac tyrannide sese re-
 demit. Lachrymae ejus lapis quidam Philoso-
 phorum fuerunt, qui in cordis illius officina æ-
 ruginosum peccatorum suorum ferrum in per-
 fectae charitatis aurum transformabat. Porro
 quos in vere conversionis suae progerminabat
 flores, copiosos sanctitatis bonarumque opera-
 tionum fructus, quos productura suo tempore
 erat, praesignificabant. Saluberrimus lachryma-
 rum ros, de sereno elegantissimi vultus sui caelo
 decedens, ejus irrigavit animam, eamque gratia
 meritoque foecundam reddidit. Ex pietiosis
 quoque lachrymarum margaritis, quas in arden-
 tis amoris sui, quo erga caelestem sponsum suum
 exardebat, demonstrationem, in acerbissimi
 doloris sui aceto, velut altera Cleopatra distem-
 perabat, & resolvebat, egregium quoddam do-
 num Christo Salvatori nostro in Pharisei men-
 sa recumbenti obtulit. Haec denique Magdalenae
 lachrymae mare quoddam fuerunt, in quo nau-
 fragati sunt terribiles errorum suorum exercitus;
 ita namque nos docet S. Petrus Cellensis dum
 ait: *Lachryma est naufragium viciorum, portus*
que naufragatorum. Et S. Gregorius Nazianze-
 nus idiplum confirmat, dicens: *Lachryma pecca-*
torum diluivium sunt, & mundi expiamentum.

3. Enimvero sicut de lachrymis Magdalenae
 frequentior in Scriptura sacra fit mentio, quam
 de lachrymis cujusvis alicuius poenitentis San-
 cti, ita quoque videtur, quod quidquid a sanctis
 Patribus de lachrymis laudabile vel rarum dicitur,
 id totum Magdalenae lachrymis propriissi-
 me conveniat. Unde omnino existimo, quod
 unice duntaxat sanctissimae Poenitentis nostrae
 lachryma majus daemone tormentum intulerit,
 quam totius Inferni universus ignis, attestante
 idiplum sancto Petro Cellensi, qui ait, quod Sa-
 rihani tolerabilis, sustinet flammam suam, quam
 lachrymam nostram, acrisque contritus cordis la-
 chryma quam summa infernalis incendii torque-
 tur. Deus quidem per infinitam omnipoten-
 tiam suam modum quandam invenit, infernales
 Spiritus torquendi per ignem infernalem; Pec-
 nitens autem Magdalena quaedam eisdem Spi-
 ritus per lachrymarum aquam comburendi in-
 ventionem excogitavit. Porro Tertullianus
 Christum Redemptorem nostrum non minus
 quam Palaestinae columbas aquas diligere ait:
mo.

D. Cellen-
 lib de Pan-
 D. Greg.
 Nazianz.
 orat. 1.

D. Petrus
 Cellen. ubi
 supra.

Tertull. libro
 de Baptis-
 mo.

Handwritten notes in the right margin, including the word "dicab" and the number "26".

Nunquam sine aqua Christus prima rudimenta potestatis sua vacatus ad nuptias in aqua auferatur: cum sermonem facit, sitientes ad aquam suam invitatur sempiternam: sum de aqua docet, aqua calicem Patri oblatum inter opera dilectionis probat: apud patrem vires resumit, super aquam incedit libenter, & transgreditur. Ac proinde Sancta nostra probe noscens, quanti Saluator noster aquam ardet, eandem ipsi super pedum suorum altari devotissime offert: *Lachrymis cepit rigare pedes ejus.* Etenim Abbas Cellensis lachrymas elegantissimo hoc encomio commendare non dubitat: *Lachryma Filium Dei ad nos inclinavit, & ad veram Trinitatem inter ventione spiritus nos elevavit; id est, unica, quae a poenitentis oculis dimanat, lachryma, ea est virtus & potentia praedita, ut ipsummet desiderium nostris intendere & inclinari Deum faciat.* Unde qui sapientem hac mulier culpatum suam remissionem perfectam desiderabat, lachrymas veluti advocatas & mediatrices suas interponit, eandemque pro voto suo obtinet & impetrat. *Remittuntur tibi peccata tua;* ut hac ratione tandem ad sanctissimam Trinitatis fruitionem sublimaretur.

Abb. Cell. ubi supra.

Luc. 7.

Petrus Cellen. ibid.

4. Huic supradicti Patris doctrinae aliam quandam ponderationem velim adjungamus: *Aqua haec aut facit, aut invenit paradysum,* inquit idemmet sanctus Petrus Cellensis: Sunt autem verba haec satis in se difficilia, quomodo enim esse potest, quod aqua illa paradysum vel faciat, vel inveniat? Num igitur in lachryma aliqua tota consistit visio beatifica, aut haec universam in se complectitur paradysi gloriam? Credo e quidem verba illa intelligenda esse casualiter, & non efficienter, nec formaliter, hoc enim sensu, si per impossibile daretur, quod Deus ob mundi peccata graviter offensus annihilasset paradysum, virtute lachrymarum adstringeretur eundem denuo reproducere, utpote quae tali apud Deum efficacia & energia pollent, ut ad paradysum iterato reproducendum Deum ipsum obligarent. Et hoc exillimo Abbatem Cellensem dicere voluisse quando ait: *Aqua haec facit paradysum.* Cum vero subjungit, eandem invenire paradysum: *Invenit paradysum,* per hoc vult innuere, quod dum ob culpatum nostrarum demeritum paradysum perdidimus, eundem denuo virtute lachrymarum a corde ad oculos dimanantium reinveniamus. Quis igitur pretiosum effectum huic Magdalena lachrymis denegare audebit, quae ipsismet Deo visae sunt efficacissima, ut

potest quae de contrita hujusce poenitentis vultu copiose manabant. Et fecerunt & invenierunt paradysum.

5. Nonnulli Scriptores sacri volunt lachrymas quodammodo purificari posse sacramenti Baptismi, et speculati effectus, quam tam hic, quam illae producant. Ac proinde S. Petrus Chrysostomus de sanctis Innocentibus loquens illos non minus matrum suarum lachrymis, quam proprio sanguine baptizatos esse dicit: *Beati lachrymis, quae pro talibus suis sentibus gratiam baptismi contulerunt.* Imo ipsismet Innocentium Matres propriis suis lachrymis baptizatas fuisse Patres Pelbartus opinatur, dum ait: *Matres in lachrymis earum baptizatae sunt, sicut filii in sanguine.* Verum rursus ut cum omni factorum Scripturae testimonio reverentia loquar, nec quicquam tam sacramento, quale Baptismus est, praepollentem, quin potius Divinam benignitatem tot pro nostra salute media adinvententem magis enique magnificam & extollam, videtur in illi Deo lachrymis certo quodam modo majorem quam Baptismo attribuere voluisse praemissionem acque virtutem; Id quod duabus praecipuationibus demonstratur. Primum enim Baptismus semel tantum applicari potest, lachrymae autem centies milies, imò vicibus infinitis. Secundum aqua Baptismi ad nihilum valet, nisi imbuatur a forma, quae in verbis a Christo illustrata consistit; unde Magister sententiarum ait: *Secundum ablutio fiat sine verbis, non est tibi sacramentum, sed accedente verbo ad elementum, fit sacramentum.* Et sanctus Pater noster Augustinus dicit: *Verba baptismi consecratur, deinde verbum, & quia aqua nisi aqua accedat verbum ad elementum, fit sacramentum.* Lachrymae autem non in operibus, ut valorem & virtutem suam a verbis accipiant, sed animam nostram ex semetipsis purificant, quae non tantum semel, sed quotiescunque copios fuerit. Lachrymae igitur vel habeat in se maiorem virtutem saltem extensivam in anima Christiana, vel non minorem habeat. Ac prorsus quando Magdalena: *Lachrymis cepit rigare pedes ejus,* baptizata est anima ejus in aquis ab eorum corde manantibus. Num forte experientiam aliquam desideratis, unde videre possitis adeo ipsam per lachrymas suas purificatam fuisse, et sanctam fuerit animae, quae jamjam a Baptismo recessit, instar candidae columbae per innocentiae plomas, pura & candidissima evasit? Numquid ipsum ex ipso met Christi ore satis perspicue audieritis, qui dicit: *Remittuntur tibi peccata tua.*

sanctus Ambrosius ait: *Lachryma veniam non postulat, sed meretur*: Et sanctus Leo sancti Petri lachrymas considerans ait: easio. Apostolo eundem, quem Baptismus in nobis, produxit effectum: *Petrus sancte, Apostole lachryma tua, que ad dicens culpam negationis, virtutem parit habere baptismati*.

6. Unde fortasse motus est factus Augustini, ubi lachryma Passionis Christi Vicaria esse dicitur: *Lachryma Passionis Domini est Vicaria*. Et vero quidam proprie hac dictio Vicaria imparet: Vicarius dicitur, qui vices vel locum alterius sustinet, unde omnis in eum est collata auctoritas: *Accipitur pro omni eo qui in locum alterius substituit*, inquit Ambrosius. Calepinus & alii sic dicit: *Succellum ego Vicarius in eum muneris*. Per hanc egerit loquendi modum sic explico, quem si licet pro *de suo modo* a me percipite. Dicitur igitur lachryma Vicaria Passionis Christi: quia cum valorem & virtutem suam a Passione Christi accipiat, sicut Vicarius a suo Episcopo, sequitur quod dum a magno Ecclesie Doctore Augustino, Vicaria Passionis Christi appellatur, si multum infloretur, quod eam virtutem habet, ut colpas purificet, animaque volentibus modicum exilitat. Unde profertur sanctus Patet Augustinus O lachryma, tu contra riuum locum suare solatium, qua Passionis Christi Vicaria, contra peccatum ponens remedium, ut peccatis cogatur Christus mori, quos labitur abissum peccatorum. Atque dum Christo in Pharisaeo existeret tempus passionis eius, eundem appropinquasset, venustissima huiusce virtutis lachryma in eius sunt subingressa locum, animaque suae vulnibus efficacissimum remedium, scilicet que in ipsa, quos Passio Christi in universis causare effectus, cuius videtur ad ipsomet. Incarnato Deo certificata sua dicitur: *Remittuntur tibi peccata tua*.

7. Compertum est apud omnes Theologos, quod unica duntaxat sanguinis Christi stilla, ut pote infinito valore pollens pro cunctis totius mundi peccatis abunde sufficit. sic quoque vana duntaxat Magdalene lachrymula, pro omnibus culpis suis sufficit. Audio quidem quod Pharisaeus Christi hospes mulierem hanc peccatricem ingrediens, & Magistri sui pedibus ad volentem videns, eandem de variis criminibus in tanta lachrymula arguas, & tanquam peccatricem gravem colesent, dumque eam tanquam ream accusat, consequenter Dominum ad eam castigandam permovere velit: *Hic si esset Propheta scires*.

... qua & qualis est mulier, qua tangit eum. Quasi dicere vellet: Hicne Propheta censetur, sed quomodo talem se vult estimari, si mulieris huiusce qualitates atque conditiones minime cognoscatur? aut si Propheta est verus, eam que rite agnoscat, eum recipit & admittit illam ad pedes suos osculandos? cur non potius repellit & reprehendit eandem? utique si iustus esse vult, ei incumbet, ut se legitimum iustitiae defensores exhibeat, & debitum suum ei expediat. Interim mihi sufficit, quod animi mei sententiam expresserim, ipse quod ei libet, faciat, ego saltem ab omni ero reatu immunis, utpote qui satis eum superque monui. Et quidem licet Pharisaeus hic apparenti quadam nixu esse ratione videatur, at tamen si totam rem gestam in aequa rationis bilance imparcialiter libremus, omnem Christo & Magdalene rationem & aequitatem favere, Pharisaeum vero falli comperimus. Peccanti etenim Adamo Deus quidem ignoscit, non tamen omnem ei supplicii & poenae vindictam condonat: *Ejecit eum de paradiso voluptatis. In sudore vespere pane suo*. Ad eam quidem culpa ignoscendo extinguitur, non tamen sine poena. Contra vero Petrus Dominum suum negando graviter peccat: *Non novi hominem illum, nescio quid dicis*. Quod inde? Impetrat veniam, ita tamen ut nec nlius poenae subiciatur supplicio. Neque enim legitur quod pro tam gravi peccato, aliquam a Deo retulerit mortificationem, nisi quod gallus quidam superba & clara voce cantando ipsum commissi erroris sui reprehendisse videatur: *Et continuo gallus cantavit, & recordatus est Petrus Verbi I.E.V.* Enimvero disparitatis huiusce causam intelligere perciperem. Porro si ea qua hic accidisse referuntur inter solos homines acta fuissent, nihil mirum esse censere, scio etenim eos facere saepe quod volunt, non vero quod debent, eo quod per innumera non nunquam eorumque corrumpantur, ut leges iuxta arbitrium suum loqui faciant, & iustitiae rectitudinem pervertant: Hic autem de DEO sermo est, qui infallibilis & irreprehensibilis regula est, imo ipsissima in se nota est aequitas. Veruntamen ad historias, si placet, recurramus, per has namque eorumque pervenimus, ut huiusce difficultatis punctum penetrare possimus. Apud plures itaque Scriptores legitur, certum quendam Antipatrum multas ad Alexandrum exarasse literas, multas adversus Olympiam matrem eius querimonias in se complectentes, quod scilicet in regni & iustitiae

Gen. 3.

Matth. 16.

Ibidem.

Handwritten notes in the right margin, including the words "Handwritten notes" and "26".

striae publicae administratione muliebri pro-
fus mollitie & inertia sese gereret. Alexander
autem variis literis perlectis, cum tandem eam
quae ultimo loco ei tradita fuerat, perlegeret, re-
spondit: Ignorare videtur Antipater, quod una
matris lachryma, multis dolebit Epistolas. Itane?
Ergo unica lachryma tantam apud Alexandrum
praevaluit? Et tamen eandem lachrymas non
tantum apud Deum valere credemus? Adamus
castigatus fuit, quia non fleuit; Petrus autem,
qui fleuit amare à culpa & poena absolutus est.
Estque hæc observatio sancti Ambrosii dicen-
tis: Adam reus factus nudus erubuit; Petrus con-
scientiæ delicti, correptus ingemuit: Ille tanquam de-
prehensus festinat ad latebras: hic tanquam emen-
datus prorumpit ad lachrymas: Tandem verò
subjungit: Lachrymas ejus lego satisfactionem non
lego. Unde si Adamus unquam ab oculis suis la-
chrymam stillasset, exilium à terrestri paradiso in
erroris sui poenam nunquam sustinisset, neque
pro sustentatione vitæ suæ ad labores atque su-
dores fuisset condemnatus. Unde facile causa de-
duci potest, cur Filius Dei Magdalenam ob de-
lictum suum nequaquam puniverit, si quidem
madentibus & præ lachrymis stagnantibus o-
culis eam Chulto comparuit: Lachrymis capite
rigare pedes ejus. Quasi Dominus dixisset: Ve-
rum quidem est mulierem hanc supplicium in-
gens optimè fuisse promeritam: at tamen unica
Olympiæ lachryma ad delendas omnes Anti-
patri accusatorias literas sufficiebat, quanto igi-
tur magis integrum lachrymarum flumen, ad an-
nihilandas Pharisæi murmuraciones & contra-
dictiones abundè sufficit, dum ait: Hic si esset
Propheta, sciret utique, quæ eorum qualis est mulier,
quæ tangit enim, quia peccatrix est. Ex quo etiam
implet Deus dixit: In quacunque hora ingemue-
rit peccator, non recordabor amplius, quomodo igi-
tur peccatorum poenitentis nostræ ad castiga-
tionem inferendam recordari poterat, si quidem
ut refert sanctus Pater noster Augustinus: Pecca-
trix illa Maria non solum in domo Simonis, sed et-
iam post adventum Spiritus sancti hoc idem arden-
ter perfecit, semper enim dolebat, semper in vita sua
flebat, quæ commiserat. Manifestè igitur hinc
deducitur, quod unica lachryma est Vicaria Pas-
sonis Christi. Pharisæus itaque adversus Magda-
lenam, quoad usque voler Antipatri fingatur
officio, semper enim in faciem ei exprobrabitur:
Aquam pedibus meis non didisti: hæc autem la-
chryma rigavit pedes meos.

Didacus
Vega in
Psalm. 1.
Poenit.

Matth. 26.

D. Ambr.
serm. 46.

D Augusti.
serm. 11. ad
Eratrem in
Erem.

8. Sanctus Joannes Evangelista laud obsecrat
subindicat, Deum pro peccatis suis plorantem
lachrymas tantum aestimare, ut propius manibus
suis eadem, dum à ferris suis effundatur, colligat:
Absterget Deus omnem lachrymam ab oculis
eorum. Itane? Hocine Deus ipsemet in propria
persona facere non dignatur? cur non potius
alteri manus istud attribuit? cur id non committit
alicui Angelo? scimus etenim quod Angeli
animas nostras, Patri æterno Spiritum sanctum,
Joanni Matrem, Petro Ecclesiam configerant,
cur igitur non similiter lachrymarum nostrarum
absterctionem alteri committit, sed ipsemet
rundem custos & depositarius esse voluit? Me-
ritò sanctus Bernardus eadem valde celebrandi
occasionem sumpsit, dicendo: Felices lachrymas,
quas benigna manus conditoris absterget. Porro
pro hujusce difficultatis explicatione opere pro-
bitum esse dixi historiam quandam hoc in loco
in medium adducere. Lego itaque eorum quon-
dam curiosulum interrogasse Apellem, quænam
omnium picturam, quænam officina sua asser-
vabat, ab ipso omnium venustissima & antichri-
stissima esse censeretur? Apelles respondit: Si-
bi omnes videri & ceteri æquales. Cum autem
respondum istud curiosus huic homini mirum
satis faceret, per hanc excogitatum dolium hinc de-
re se certiores facere voluit. Dum eam in medio
ille Pictor in publico foro stare, curiosulus illi
clara voce clamavit: Properate, properate, ut
quas, ad aquas, quia officinam Apellis ignis cor-
ripuit: Quod Apelles audiens ad officinam suam
pernicissimum cursu properavit, omnibusque ad
incendium extinguendum properantibus accu-
mavit: Servate mihi Adonidam. Unde curiosulus
ille non male coniecit Adonidis picturam ab Ap-
pelle præ ceteris permaximi fuisse aestimari.
Idem Deus facere videtur, quando cum sibi præ-
ter lachrymas tantum reseruat: Absterget Deus
omnem lachrymam ab oculis eorum, quæ dicitur:
Servate mihi lachrymam. Unde evidenter hinc
colligitur quo in precio lachryma sint apud
Deum: Non creatura aliqua non legitur, sum de-
gelus, sed DEVS ipse officinam lachrymarum absterge-
re sibi reseruat: Alia alius credidit sibi propriam esse
manus divina. Concludit quidam mo-
dè minus. Verum enim verò facile quis mihi repelli-
care poterit, hunc Scripturæ locum & hæc expo-
sitivam non esse propriam lachrymarum nos-
træ pulcherrimæ plorantis, & peccantis? Imò
vetò. Porro de Monacho quodam lego, quod

domini in Ecclesia culpas suas desleret, Christus Dominus nolite habere sacerdotali inducus, vel hoc missam celebratoris in Alrai eidem apparuit, cum se ad populum verteret, ad dicendum: *Domine obsecro*. Calicem quandam aureum quem manu tenebat populo demonstravit. Moachus devotione commotus accipit, & a Christo cur calicem istum manu sua teneret, & quid in eo contineretur, sciscitatus fuit: cui Dominus subiunxit, quando Magdalena peccata sua defleus lachrymis suis pedes meos rogit, ego lachrymas ejus follicite collegi, easque hactenus in hoc calice aureo tanquam reliquias, ac veluti monilia & gemmas assidue custodi: *Et sciatis & cognoscant omnes, quantum mihi placeat contriti cordis & penitentis luctus, hactenus servavi lachrymas Magdalene, ad pedes vestras servavi*. Quamvis igitur majori cum jure peccatoribus oculis lachrymis applicari potest, quod de suis lachrymabundus David sancte precoratur: *Posuisti lachrymas meas in conspectum dei, id est, coram oculis tuis*. Omnia res! Deus ille quem omnes quotquot in paradiso sunt sancti ob oculos intellectus sui velut beatitudinis sua objectum positum habent, unicum ex lachrymis oculis, ut ita dicam, velut objectum glorie suae accidentaliter sibi ob oculos statuit; tam enim Beda nos docet: *Quod amamus, lachrymas in thesauro*. Unde alii legunt: *Posuisti lachrymas in thesauro tuo*. Quali diceret: *Tu, o Domine, lachrymas meas, veluti inestimabilis pretii margaritas, monilia & gemmas inter pretiosissimos gazae tuae thesauros recondis*. Enimvero nullatenus dubito, quin lachrymae Magdalene incomparabiliter majoris aestimentur, quam lachrymae plangentis regii Prophetae, quantum omnium sancti Testamenti novi, eos qui ad veterem legem pertinent, praecellunt. Unde credendum est, quod si lachrymae Davidis in thesauro Dei asservantur in vase quodam argenteo & crystallino, utique lachrymae Magdalene in pixide quadam ex puro, puro, & solido auro efformata, vasisque pretiosissimis adamantis duntaxat custodiantur.

Nullae in universo mundo reperiantur margaritae, licet illae maximi & inestimabilis pretii esse censentur, quae margaritis & unionibus in oculis oculorum Magdalene progeitis comparari valeant. Porro Philippo III. Hispaniarum Regi margarita quadam donata fuit a deo profuit inde ensis sui capulum fieri curavit. Galpatri Morales a Rege Gebagna margarita quadam

donata fuit, quae triginta & unam siliquas in pondere habebat, ac tandem 1200. festertis, circiter fuit vendita. Caesar Serviliae matris Bruti margaritam quaedam praesentavit, quae sexaginta nulla siliquarum in valore seu pretio sui habebat. Alia quoque margarita conjugii Alexandri Severi dono transmissa fuit, qui eidem ut eam pro jacto pretio venderet, mandavit, eumque nullus in veniret qui tantam in promptu haberet pecuniae quantitatem, ut illam sibi quis comparare posset, eandem ornamento loco ad auriculam Deae Veneris suspendi praecipit, vertiturque conjugii suae, ne tanti pretii margaritas mundo suo muliebri insertas corpori suo adhiberet. Verum quid sunt cunctae totius mundi margaritae, si cum unica Mariae Magdalene lachrymula comparantur? Amabo vos, o Auditores, quam diversimode sacri Evangelistae de unguento & lachrymis Magdalene loquantur, diligenter observate. De illo etenim dicit: *Attulit alabastrum unguenti nardi pistici pretiosi*. De hisce autem sanctus Lucas subiungit: *Lachrymis cepit rigare pedes ejus*. Lachrymas autem illas pretiosas fuisse nequaquam dicit, quod proinde iis, quae hactenus lachrymarum Magdalene valorem & pretium celebrando diximus, contrarium esse videtur, si quidem unguentum pretiosum fuisse dicitur, lachrymae vero non item, quasi illud praesentis plus aestimaretur. Veruntamen quoad hoc contrariam ego opinionem sustineo, pretiosum etenim proprie dicitur, quod magnum in se pretium continet; ita Pater Mendoza exponit: *Pretiosum sumitur pro re magni pretii*, quo sensu Poeta ait: *Ingenium quondam fuerat pretiosius auro*. Et Salomon in Proverbis ait: *Pretiosior est cunctis opibus sapientia*. At vero difficultas nostra hinc magis adhaeret; Hinc enim inferre quis posset lachrymas Magdalene nihil valuisse, si quidem non erant pretiosae, id est, pretio aestimabiles, Enimvero ex sequenti similitudine patet solutio: si quis enim gemmam aliquam ab aurifice comparare velit, ideoque ab eodem, quo in pretio eandem aestimat, sciscitetur, respondebit ille pretium gemmae illius est decem, vel duodecim, aut viginti millium scutorum. Quod si vero postea scire cuperes, cuiusnam pretii sit thesaurus sancti Marci Venetiae, vel Thesaurus seu Gaza Regis Galliarum aut Hispaniarum, utique responderet tibi, hoc thesauros nullum habere pretium, quo aestimari, aut comparari possint. Et hoc quidem sensu sanctus Ecclesiae Doctor Joannes Chryostomus de sanguine

Ioan. 12.

Francisc. Mend. 1. Reg. 2. m. 38 fol. 11. Ovidius Proverb. 3

M m m guide

Handwritten notes in the right margin, including the word "dicab" and some numbers.

Chrysof.
Tom. 3.
Hom. de
Proverb.

guine Redemptoris loquebatur, dum ait: Dederunt pretium sanguinis qui pretium non habebat. Hujus itaque generis & qualitatis erat lachryma Magdalene, quæ non sicut unguentum pretiosæ esse dicuntur, eò quod tantum apud Deum valeant & æstimantur ut nullum inveniri pretium aut moneta possit, quæ illis adæquari possit. Ac proinde hic applicari posset, quod sanctus Ambrosius ad aliud quoddam propositum post se scriptum reliquit, quod scilicet pretium quod unica tantum hujus mulieris lachryma valer, nullibi nec usquam in terra invenitur: Non invenitur in terra pretium ejus.

D. Ambr.
lib. 3. de
Spiritu
sancto.

Matth. 26.

Origen. in
Cathed. D.
Thom. in
Matth.
cap. 26.
fol. 101.

10. Similem huic quoddam Scripturæ locum invenio, ponderatione dignissimum. Christus etenim, ut notum est omnibus, triginta denariis à Juda venditus fuit: Quid vultis mihi dare, & ego eum vobis tradam? At illi obtulerunt ei triginta argenteos. Etenim multi hoc loco quaerunt, cur Judæi nec plus, nec minus, quam triginta argenteos dederint: Et inter plures alios Origenes dicit, quod pro quovis anno vitæ Christi solutus fuerit unus denarius, ac proinde triginta denarii, triginta quoque annis correspondunt: Tantam mercedem constituent, quantos annos Salvator conversatus fuerat in hoc mundo. Quæ responsione nova denudè suscitatur difficultas: Nunquid enim Christus triginta tribus annis hic in terris vixit? certum id, & in confesso est apud omnes. Quod si igitur quilibet vitæ Christi annus quolibet solutus est denario, vendendus utique triginta tribus denariis erat, cum igitur de facto pro solis triginta denariis fuerit venditus, cur tres illi anni, quibus supra triginta vixit, correspondentium sibi trium denariorum pretio careat? Respondent multi Scriptores sacri Salvatorem nostrum tres illos annos prædicationi impendisse, atque ideò tanti fuerunt ponderis & æstimationis, ut nullum inveniri pretium vel moneta poterit, quæ illis correspondere posset. Hæc igitur causa est, cur unguentum Magdalene, non verò lachrymæ ejus appelletur pretiosum, id est, res magni valoris & pretii, quia videlicet inveniri & numerari pretium aliquod potest, quo comparari possit: lachrymæ autem similes sunt tribus annis prædicationis, id est, carent omni pretio, ut potè valoris cujusdam inæstimabilis: Non invenitur in terra pretium earum.

Cart. 6.

11. Sacri expositores verbis illis Canticorum, quibus cælestis Sponsus Sponsam suam alloquitur, ait: Averte oculos tuos à me, quia

ipsum me avolare fecerunt, variis adhibent explicationes, Jacobus enim de Valentia ita exponit: O Sponsa mea averte oculos tuos, sicut filia, & charitatis, & humilitatis, quia tantum meo propter me, & sunt grati, quod me avolare fecerunt, ut relicto & reprobo populo ludæo in deserto, me impulerint, ut repente descenderem & venirem te. Cosmas Damianus dicit, quod sponsa aspectu oculorum sponz suæ, ob nimiam rotundem pulchritudinem & decorem, a se habuerit complacentiam, ut contemplando illam, ob nimiam delectationis vehementiam, à se metipso deficeret. Et sponsa mea, supra quam dicitur possit formosa, & aspectu adeò admiranda præcipuum micantius ipsi tuis oculis, & ignitas claritas sagittas in meum usque cor, cum me intueretur, rursus acie, ejaculantiis, ut præ amore vi me videret, ferant, meque extra me rapiant. Beatus noster Gregorius Cardinalis Columa opinatur huic passum de Deo intelligendum esse, ut potè quæ verbis nobis intendit significare, quod oculo potè nostro ipse sit invisibilis, quod quæ illam tanquam fidei nostræ objectum, non debent contemplari oculis rationum naturalium, impossibile enim est, quod ipse tanquam inspecturabilis totaliter cognosci possit. Averte oculos tuos, id est, tolle rationes, secundum quas tu me quaerere, quia ipsi oculi, id est, rationes tuas, fecerunt me avolare, eo quod deficiant ipsæ rationes inquisitione mea, quia quantum Deum per rationes naturales in vestigare volumus, tantò magis recedat à nobis. S. Gregorius Papa verba Sponsi in ordine ad beatitudinem cælestem intelligit: Oculis devertere præcipitur, ne videlicet à picere beatitudinem sicut est, quantumcumque videamus, ardeamus: Ipsi enim oculi cum avolare fuerint, quæ quæ amplius videtur, eò magis in visibilibus esse cognoscitur. Alii volunt Spiritum sanctum & filios Magdalene prævidentem, de oculis illius pro tempore fuisse locutum, quando ex fletu continuo madidi, rivus edideant lachrymarum, quando enim in quadam prope Martham sitata spelunca, omnino solitaria existens incredibilem facebat poenitentiam, lachrymasque ejus oculi Christum sponsum cælestem tanto accendebant amore, ut eum Paradisum cælestem delectare, & tam frequenter poenitentem hanc vilitate cogere, ut centum & decem distans vicibus quotidie eam convenire solitus fuisse perhibeatur. Nunquid igitur ipsius Marz Magdalene lachrymantis merito dicit: Averte oculos tuos à me, quia ipsi me avolare fecerunt?

12. Aliam

11. Aliam obsecro speculationem quoad idem propostum, si libet, audite. Etenim Filius Dei se in tria dies resuscitandum esse sæpe sæpius prædixit: *Sicut enim fuit Iosias in ventre Ceti tribus diebus & tribus noctibus, sic erit filius hominis in corde terræ: tribus diebus & noctibus.* Id quod hoc confirmavit, dicens: *Solvite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud.* Qua de re nonnulli totæ nos mutuo discutimus, & videmus an Christus Redemptor noster promissurum habeat, quæ se mortuum tribus diebus, & tribus noctibus in sepulchro hæsurum, indeque tribus illis diebus & noctibus elapsis punctualiter resuscitandum esse prædixit, plenè satisfecerit. Et quidem in primis de diebus computationem instituiamus. Mortuus est igitur in die recessus hora tertia, & Dominica die mane, antequam dies illuc esset, resuscitatus est, adeoque parva hunc computum, duobus duntaxat diebus, si que nondum totaliter completis mortuæ spectamus, sicut dimidio venteris die, & toto Sabbatho, atque ita unus incipit dies hic nobis deficeret. Quod verò ad noctes attinet, manifestè mortuus in sepulchro tota nocte diei venteris, sicut & alia sabbathina, non verò nocte diei Dominicæ; unde expressè deducitur, quod non tribus, sed duobus tantum noctibus mortuus spectamus, qui igitur ratione verificari verè potest: *Erit Filius hominis in corde terræ tribus diebus, & tribus noctibus?* Imò juxta doctrinam Sancti Ambrosii & Sancti Hieronymi, ne quidem de duabus noctibus completè verificari posse videntur, quia Sanctus Ambrosius Christum tribus horis ante diem resurrectionis dicit: Et Sanctus Hieronymus dicit *Christum Sabbatho circa vespertinam noctem* mortuum inchoasse, ac proinde dicitur: *Vespere autem Sabbathi, quæ lucebat in prima Sabbathi, tunc Maria Magdalena, & altera Maria viderunt sepulchrum: Jamque illum resuscitatum esse invenerunt.* Quod si verum est, nescio profectò quæ ratione verificari possit, quod habemus in Symbolo Apostolorum, scilicet *Resurrexit tertia die secundum Scripturas, aut: Resurrexit secundum Scripturas.* Ad pleniorè hujusmodi difficultatis resolutionem in primis demonstrare contendam, quod tamen non fuerit tribus noctibus & tribus diebus in sepulchro mortuus, inde tamen male arguatur, ipsum verbo vel promissioni hæc defuisse? Imò potius eum quoad hoc fuisse punctualissimum, idque hæc adhibita simulatione clarè explico, si is qui debetum ali- quod tanta ritidum expedire promissit, illud ip-

sum debitum secundo die exeunte priusquam tertius inchoetur tunc exsolvat, is certe nequaquam dicendus est obligationi suæ aliquatenus non satisfecisse, imò potius dicendus est in servanda promissionis fide fuisse punctualissimus, prævenit enim tempus operibus bonis præfixum & determinatum, non est ab obligatione deficere, sed potius est in diligentia atque cautela superabundare.

13. Nunc igitur ad punctum nostrum propius accedamus, quam obrem scilicet Christus Resurrectionem suam acceleraverit, non expectando tres dies, tresque noctes adæquate completas & terminatas. Causam existimo hæc fuisse, quia nimirum Magdalena jacturam & mortem Domini amarissime deflebat, quæ proinde ab oculis Magdalena stillantes lachrymæ Christo alas veluti addiderunt uti Resurrectionem suam acceleraret, & tempus trium dierum triumque noctium determinatum præveniret: *Lachrymæ Magdalena accelerationem Resurrectionis meruerunt, concludit S. Irenæus. Ipsa me avolare fecerunt.*

14. Ergone mulier hæc pœnitens, Domino suo pro magis acceleranda resurrectione sua alas additura aliud non potuit invenire medium, quàm fletum & lachrymas ab oculis manare? Nequaquam; hæ enim ad hunc effectum maxime fuit proportionata, prout Sanctus Drogæ Episcopus Ostiensis optimè observat: Quod si enim corpus Salvatoris in sepulchro positum futo inde fuisset sublatum, nullum ad id redimendum invenire potuisset congruentius preteritum, quàm lachrymas, hæ enim plus valent, quàm argentum & aurum, aut quivis alii gemmarum lapidumque pretiosorum thesauri. *Si fieri potuisset redimendo corpori, sepulchrum lachrymis impleisset.*

15. Flebat igitur Magdalena, quia sciebat, quod ad hoc ut Magistri sui corpus è mortis manibus redimeret, & vitæ restitueret, nullus sic præ lachrymis thesaurus dignior vel opportunior. Id quod haud aliunde quàm per veritatem quandam Evangelicam confirmare decrevi. Etenim verò postquam mortuus fuisset Lazarus, & in Bethaniam Christum se recepit, obviam habet in via Martham, quæ affectuosissimis precibus ei, ut fratris sui vitam mox restitueret, ab æterno Patre suo impetrare dignaretur, supplicavit: *Sed & nunc scio, quia quacumque poposceris à Deo, habet tibi Deus: Cui Dominus eam conlaturus, mox subintulit: Resurget frater tuus, adeoque aliud à Domino impetrare præter*

Handwritten notes in the right margin, including the word "Lachrymæ" and other illegible scribbles.

bonam voluntatem & pronam intentionem non poterat. Tandem verò acceptâ à Magistro suo licentiâ , domum revertitur , sororemque suam admonet, ut descendat , siquidem Dominus eam ad fores domus ad colloquendum ei expectaret: *Vocavit Mariam sororem suam silentio, dicens: Magister adest, & vocat te.* Quæ mox recedens, ad portam descendit, & genuflexa coram Domino , inprimis fratris resurrectionem promovendi instanter rogat; Moxque Christus de eodem ejus fratre in vitam revocando , atque è mortis manibus eripiendo tractaturus , interrogat : *Vbi posuisti eum?* Porro attende hoc loco observandum quod & Martha pro eadem re Domino supplicavit, nec tamen quicquam obtinere potuerit, præterquam bonam ac pronam voluntatem: Magdalena autem vix rogare incepit, & omnia pro voto impetravit, quanam est hæc Christi Domini nostri erga hæc sorores partialitas? Enimverò nequaquam hic Christi erga Magdalenam major affectus, partialitatem, sed potius factamenta & mysteria multa & magna involvit. Ad hoc enim ut mortuus aliquis è mortis manibus ereptus vitæ restitueretur, nulla præter lachrymas utilis est alia moneta. Cum igitur Martha non flevisse, sed rogasse tantum legatur: soror autem ejus Magdalena coram Christo lachrymis madefcens comparuerit, ideo Filius Dei: *Ut vidit illam plorantem* mortuum resuscitari & Lazarum vitæ restitui jussit: lachrymæ enim ejus pretium erant ad eum recuperandum, atque è mortis manibus eripiendum valde opportunum: *Omnia Evangelista tribuit lachrymis, quibus resurrectionem defuncti sperare Christus jubet, ut non veris tantum hoc negotium lachrymis consiluisse, inquit quidam Moderus. Unde colligitur hujus sanctæ mulieris lachrymas meruisse inprimis resurrectionem Lazari, quantum ad substantiam, ac demum resurrectionem Redemptionis, quantum ad circumstantiam accelerationis.*

16. Verùm enim verò ad virtutem lachrymarum respectu Magdalenæ denuo revertamur, quam & in intra memetipsum nunc peccatricem, mox poenitentem & sanctam considero, nihil inventire queo, cui per magis proportionatam similitudinem comparari possit, quam Rosam. Videbis enim nonnunquam in elegantissimo, optimeque excolto & amœno horto vernantem rosam quandam, quæ sub meridiem dum æstus ferventior urget, pomposum edie pulchritudinis suæ specimen, purpurea sua dilatando folia, autumque interioris hâus sui, velut thesauraria

quædam manifestando & aperiendo, mox verò ubi à caloris pulchritudinis suæ æmuli mollescit, velut à maligna quadam febre correpta, conturbescit, videbitis eandem planè pallidam, extingui & emortuam, inter ramulorum circumdantium brachia desicere, suamque formam in materiam styli gremium languidam inclinare, adeo ut nativâ suâ pulchritudine amissa, vivacem colorem suum in mortis pallorem subcommutet, ut vix eam rosam esse vel fuisse dicere posses. Quamprimum verò ad ortum auroræ bona sua fortuna benigno quodam rore irrigatur, videbitis illam de novo sensim & paulatim novella purpura superevellini, adeo ut pulchritudine venustate perfectè recuperatâ ad eum decussatum foeliciter redeat, in quo horrorum pompositas, odoriferæ familiæ decus, mundi pretium, honorumque Regina jure merito dici potest, quantum enim ab ardore æstivo fuerat mortificata, tantum dem iterum à cœlesti rore vivificata & exornatur. Unde fuit qui ab eadem rosa quoddam ingeniose formatum hæc subijcti Epigramæ animavit. *Irrigata vivacior. Porro Magdalena in hujus mundi viridario velut rosam quædam debebat, alii peccatorum spinis usquequaque obstita: Erat in civitate peccatrix, & pro uti Doctus ille scribit: *Albus in spinis exiguus rosa Magdalena apparet.* Rosa etenim erat, quæ ab ætivo seorsualitatem mundanarumque voluptatum ardore correpta, famæ odorem amiserat, perdidit ornamentum animæ, & gratiam Divinæ venustatem & pulchritudinem, ac proinde nihil certius erat, quam quod ex veniente rosa convertenda fuisset in aridum quoddam & exsuccidum truncum, nisi exortiente aurora, id est, Christo in regionem illam adventante, alio reni vultus suicælo, oculorumque suorum stellaris fecundus lachrymarum suarum ros superpurpurascens ejus genas fuisset dilapsus; Est tunc enim lachrymis capiti rigare pedes ejus, quantum virtute, quicquid per peccatum perdidit, foelicissimè recuperavit; unde longe melioris dicere poterat id, quod ab alio quodam dictum fuisse legitur: *Lachrymis mea vicia curat.* O rorem foelicissimum! ô lachrymas foelicissimas!*

17. Summa cum prudentia sanctus Lucas Evangelista dicit, quod Magdalena Magistri sui pedibus adoluta lachrymis capiti rigare pedes ejus. Scire autem cupieris cur dicat, *capiti rigare, & non capiti lavare*; idque tanto magis scire desidero, quod constat mihi, quod quando

Ioann. 11.

Idem.

Ioann. Pigna Ethel. 242. c. 12. num. 3.

Christus in ultima cena ad illum circa discipulorum laetum pedes lavandos, exercendum humilitatis actum se accinxit, Sacer textus non dicit, quod capiti rigare, sed lavare pedes discipulorum suorum. Audire igitur, obsecro diffidentiam, quae inter duo haec praedicta verba tenentur: lavare enim nihil est aliud, quam manibus tollere & purificare: rigare autem proprie significat humectare. Unde Ecclesiasticus dicit: *Digabo terram meam plantationum.* Et S. Paulus ait: *Ego plantavi, Apollo rigavit.* Num igitur lachrymae Magdalene fecundam ad virtutem praedicta habet? Haud dubie, id enim Chrysof. affirmat dicens: *Non sic femina de lapso imber germinare consuevit, ut pietatis semen excitat, sed ut vernans faciat lachrymis riuem imber.* Et S. Ambrosius eadem lachrymas celebrans dicit: *Beata lachryma, quae non solum nostrum possunt lavare delictum, sed etiam verbi caelestis rigare corpus, ut gressus in nobis ejus exuberent.* O felicem te mulierem quae inferiorem divinae illius plantae partem irrigando, eandem clemens flores, & salutis tuae fructus producere fecit. *Remittuntur tibi peccata tua.* Unde Moderatus quidam ait: *Mysterio non caret, quod dicitur Magdalena pedes Christi Domini lachrymis rigasse.* *Quia ut irrigatio terram fecundat, ita lachrymarum profusio Christum ducit ad misericordiam excitat.*

S. Joannes Chrysof. de S. Paulo apostolo loquens, hanc de ejusdem Apostoli obedientiam, nimirum felicissimos habuisse oculos, utpote qui dum Apostolus in infernum usque caelum reperiret, paradysum aperiret, & simul cum reliquis beatis sanctis felicitate potuerunt perfui gloriae divinae, idque omni meliori modo quod ab oculo mortali potest participari. Ita etenim dicitur S. Anselmus: *Apostolus itaque raptus in tertium caelum, intelligitur supremis Angelorum Choris interfuisse, id est, inter agmina seraphim, sive Cherubim secreta Dei vidisse.* *Audivit idem quid os aureum hac detestaretur: Viderunt, inquit, Paradysum istius oculi, viderunt tertium caelum. O felices oculos! d'oculos vere beatos! verum paulo post excellentius quid de istis oculis subiungit, dicit enim illos oculos longe beatiores fuisse quod fleverunt, quam quod caelum perviderunt, eo quod profuerunt: Sed eos non tam censo beatos propter hoc spectaculum, quam propter lachrymas, per quas viderunt Christum.* Tandem vero con-

clusis, oculos illos plorasse & lachrymas effudisse, fuisse quoddam, ut ita dicam: *Non plus ultra suae beatitudinis: Beatior qui fleverit.* Unde perspicue colligere possumus, quod is qui hic in terris plorat & flet, beator sit eo qui summis gaudis perficitur in caelo. Nullam igitur Magdalena occasionem habet, ut caelum beatitudinis invidet, si quidem lachrymae ejus, quibus abunde plorans pedes Domini rigabat, virtutem in se continent, eam excellentius beatificandi, majorique gloria donandi, quam sit illa qua sancti perficiuntur in caelesti Paradiso. Quis igitur prohibebit, quo minus de hac Apostola idem dicam, quod S. Chrysof. de Apostola lo predicabat: *Oculos Magdalena beator censo propter lachrymas, per quas non solum viderunt Christum, sed etiam ipsi capiti rigare pedes ejus. Beator enim licet Magdalena ex milleis titulis beata dicitur, maximam tamen, qua in caelis refulget, beatitudinem a lachrymis participavit: Beatior quia fleverit.*

19. Quid amplius dicemus? Quod si tanquam veram semel admisimus, prout haud dubie admitti debet, doctrinam Chrysof. adstricti utique erimus capiti hujus sanctissimae poenitentis coronam imponere Martyrii, eam lachrymas ab oculis jugiter effundentem, predicando tanquam Martyrem: *Dicam tibi quid valeant lachrymae, attende diligentius: Quid Martyribus majus, quia animam suam ponunt pro amico suo? gratias gloria Martyrum: Martyres effundunt sanguinem, peccatores effundunt lachrymas: Meretrix illa non fudit sanguinem, sed fontem lachrymarum profudit. Et diluit peccata sua.* Idem igitur Chrysof. esse videtur, quod Martyr e venis suis effundit sanguinem, ac quod peccator lachrymas, quae sanguis sunt cordis, effundat ab oculis. Neque Chrysof. per hoc satisfactum esse videtur, nisi Magdalenam insuper tanquam virginem celebret. Lachrymae enim hoc sibi supra Martyrium proprium vendicant, quod Martyrium animas virgines inveniat, lachrymae autem eadem virgines efficiant, haec enim virginitatem in iis ubi ne minimum quidem illius videri vestigium potest, renasci faciunt. Errat proinde qui lachrymas Magdalene deperditum virginitatis florem non restituisse credit, aut qui singularem in ea praecunctis aliis virginibus praecminentiam non animadvertit, nam ut ait Chrysof. *illa in Evangelio meretrix virgines quoque ipsas honestate superavit, incredibilis in Christum amoris igne succensa*

D. Ios. Chrysof. in Psal. 50

Chrysof. ibid. in Matth.

succensa, & maximis sordibus peccatorum largissimo lacrimarum fonte purgata Magdalena igitur debetur corona quædam ex lacte præparata & sanguine, id est, Virginitatis & Martyrii: Penitentis hujusce comas ferrum quoddam cingere debet ex rosis illiusque contraxim: Jactum enim est, ut virginis & Martyris insignatur, glorioso titulo, ut hoc pacto in duplicato suo nomine resuscitet MARIÆ Virginitatem & in Magdalena Martyrium; sicque in numerum toleratur aliarum sanctarum quæ in cælis duplicata Martyrii & virginitatis gloria acut laureola. Licet igitur mihi, ut eum summa cum reverentia & cordis humilitate salutando, dicam ei: *S. Maria Magdalena Virgo & Martyr, ora pro nobis.*

20. Secur igitur, o animæ peccatrices, mulierem hanc penitentem non imitami? Cur lacrimarum moneta pro illatis Deo offensis & injuriis satisfacere non conamini ad Crucifixi pedes plorando: *Isse enim stetus sit panis noster, quem quotidie comedere debemus die ac nocte.* Ita te S. P. N. Augustinus hortatur. Sint juges stetus nostri fœcunda quædam & salutaris pluvia, quæ terram animæ nostræ adacquando efficiat, ut bonarum operationum possit pro lucere fructus.

D. August. serm. 11. ad Frat. in Eremo.

Idem ibid.

Sine vita portus, quàm sine oculorum effusis lacrimis esse malo: *Sic peccatrix illa Maria semper dolens, semper in vita sua seibat, quæ commiserat.* Inquit Augustinus: Si naufragamur in culpis, hæc tabulam nobis porrigent, quæ ad securum salutis portum perducere valeamus: *o felix tabula! o vitalis navicula!* inquit Augustinus ibidem) *per quam naufragus videre potest ad portum salutis.* Utinam hoc mane vos qui Magdalenam in malo secuti fuistis, in bono quoque imitatores factis esse conspicerem. Ipsa quidem ut naufragis secura esset chariores & opulentiores, quas habuit, merces scilicet lacrimarum suarum margaritas, & saluum capillorum suorum aurum, in mare penitentia, ad Domini pedes projecit: vos quoque similiter facite, aurum & argentum pauperum necessitatibus sublevandis, si non objicendo, saltem liberaliter erogando, dispensate.

PARS SECUNDA.

21. *ET stans retro secus pedes Domini lacrimis cepit rigare pedes ejus, &c.* Mox ut ab Horizonte Paradisi primi divinæ gratiæ radii in corde Magdalene effulserunt, ipsa mirabilem culpam suam statim cognosceas, suumque Magistrum in domo Phariſæi præsentem esse intelligens, ut *cogno vit, acceptis scintillarum suo-*

rum clavibus, comploſis ad invicem manibus, sparâ & solutâ comæ suæ capillaturâ, suspirat que hunc se in modum coram postea ob oculos suos gaza & cunctis mundi mulieribus suis ornamentis protelata, & locuta fuisse videtur: *O miseri & pauperes thesauri mei!* porro pauperes vos appello, ne utique ex aliquo egrotu compassionis affectu, sed quia ipsissimum me dicatorem vobis inesse recognoscite. Jactate hinc & sub hujus terræ visceribus, ubi velut in tumba quadam vestros videmini habuisse oculos, deinde spelamini, ut potè qui ad fascinatos & hebetandos per fulgorem vestros mortuum oculos in lucem produistis. Satis sine vobis opulenta sum, quam amor Dei mei videte desiderat pauperem: Nimis quoque, vestro splendore amicta, pauper sum, nisi gratia Domini mei me divitem efficiat; in veltum proinde Orientem morituræ devotè servamini, & ab oculis meis evascelite. O infelicissime mara margaritæ, pretioſæ miseræ vestræ verè christiani dignissimæ, hoc enim aurora genitur vestra declarare voluit, quando vos illudogit plangendo in conchis marinis parturivim. Aggite hinc o fragiles gemmæ, nam poodetola transparentia vestra onus quoddam in se habent, quod in perfectiõnis via pigram me efficit.

22. Vos quidem in Regum & Magnum coronis duntaxat collocari gaudetis, ego autem cordialissimè vos contemno, & pedibus vestris terræ lætæ conculco, ad ondas igitur naufragaturæ deinde redite. O fallaces divitiæ! serua & ancilla sum JESU, quem proinde inquam Dominum meum me deinceps con veniet imitari. Hic in summum bonum meum pauper nati voluit, pro cuius amore proinde dives deinceps nequaquam vivere, sed vos corde rectus aspernari cupio. Valere igitur o vos divitæ meæ, vale o fragilis suppellex mea, vale o vos pompæ mundanæ, vos quidem superionibus mensibus amavi, ne utique quam idipsum distico, nec veluti mortem vos detestor & abominor. Inter hæc autem protelationes, & expostulationes, habitu quodam penitentia se vestit, non minus vili quam rudi & aspero, subtrusque veltum suarum mendicitatem vas quoddam alabastri num unguento pretioso referunt abscissa, palatia deserit, fugit comeria, divitiis reliquit, repellit amantes, abrogat malas & perveritas mundi consuetudines, prociis suis aditum interdicat, deserit malas societates, mundo deserta obvertit, claudit ceteribus oculos, Deo vultu mecum

mentem aperit, divini que inspirationibus cor
suum patitur, inde per se factum est, quod ab
piscibus plurimorum oculorum suorum auro
ra diluatis delapsa fuerit lacrimarum suarum
pluvia, nescio an ad forcuodandam per illarum
mentem animæ suæ tenam, an verò ad locu
plectendas margaritas osas illas, quæ in viridario
vultus pallidiusculæ rutilabant: si per pla
teas tunc obviabant amici, qui ipsam attoniti
respiciebant, & ab his salutata non resalutabat,
necrogata non respondebat, vocata non audie
bat, ad ipsam directa suspiria, non resuspirando
diffundebat, amatores suos non redamabat, de
lectas sibi reverentias non atcedebat, honoran
tes non rehonorabat, eam fixis oculis aspicien
tes non libat, nec respiciebat, hacque ratione do
minum eandem ingrediebantur Pharisæi: Et stans
versus Jesus pedes Domini, lacrimis cepit rigare
pedes suos.

21. Et stans versus; opera etenim bona ab ho
minum oculis abscondenda esse sciebat, ut me
moriam apud Deum esse possint. Et pater tuus
quod volens te abscondito, reddat tibi. Et stans re
versus: quia in corde suo cum Manassè Rege
dicitur: Peccavi super numerum arena maris, &
multiplicata sunt peccata mea, & non sum digna
cognoscere altitudinem cæli: pro multitudine iniquita
tionum. Et stans versus, quasi dicere vellet: Tu ò
Domine, me cetero pulcherrimam tuam mi
sericordiam imaginem, hanc autem ego culpam
meam miserè deturbavi, atque idèd cum
non luce tua comparere non ausim, hic post
quam totum me abscondere cogor: Venit mi
sericordia tua, inquit Chrysiologus, quia
non ausim post regnum stat ad veniam, quia per
regnum non est in vultus fiduciam perdidisse.

22. Secus pedes Domini. Meritò autem ad pe
des recurrent, quia ad versus Omnipotentem ma
gnam data opera contendere velle, est inter sup
plicia sepe per culis exponere; fortè etiam con
suetudo erat, quod ad pedes tendit semper, etiam
veneram quæ requirit. Secus pedes Domini. Man
assum et etiam olim fuerat Diaboli, cui nunc
resolvis facta, servam se facere voluit Salvatoris,
qui ut animæ suæ possessionem adire posset, ad
eius se pedes prostravit, siquidem: Possesso
per pedem possessionem. Secus pedes Domini nam
manu regum mœuens, ut securam se redderet
ad iustitiam pilicis Polypii solido adhærescere vult
scopolio, live petrae illi, de qua dicitur: Petra au
tem erat Christus secus pedes Domini: Pedibus
Iesu adstruitur, ut se opus illud Sapphirinum

esse probet ab Israhelitis sub pedibus Domini vi
sum: Et viderunt Deum Israel, & sub pedibus
ejus quasi opus lapidis Sapphiri secus pedes Domi
ni. O vere prudentem mulierem! Ipsa etenim
statum suum: verè cognoscebat, sciebatque, ad
pedes Domini sibi confugiendum esse, nam ut
docet S. Amb. Peccator ad pedes, iustus ad caput.

23. Lacrimis cepit rigare pedes ejus. Lachri
mis pedes Magistri sui abluit. O quanta vis in
lacrimis peccatorum! (exclamat Chrysiologus)
Rigant calum, terram diluunt, extinguunt gehem
nam, debent in omne sa: inus latam divina promul
gatione sententiam. Lacrimis cepit rigare
pedes ejus. Oculi Magdalene fulgura vibrabant
in corda amantium, quæ hodie venturum in sa
lutarem ab iisdem oculis emanantem pluviam
viam, ut versificetur dictum illud Psalmista.

Fulgura in pluviam scie. Lacrimis cepit rigare
pedes ejus. Per certam edocta ad caestem di
ctaminum recurrit, ad curandum peccati sui vul
nera, utque in lachrimarum suarum fonte se la
vando sanitas sua restitueret: Lavanda ad fontem
in misericordia cucurrit, inquit Gregorius: La
cristinis cepit rigare pedes ejus: nimirum Paradi
sum sibi comparare volebat, atque idèd lachri
marum suarum argentum, & flavum capillo
rum suorum aurum ad pedes Domini promptè
exsolvit: Lacrimis cepit rigare pedes ejus. Ecce
mutatum & susque deque in versum naturæ or
dinem: cælum etenim hæctenus per pluvias suas
terram humectare, & rigare solebat: Mutatur or
do rerum, quia hodie terram cælum ligat & hu
meat: Pluviam terra dat calum, ecce nunc rigat
terra calum. Lacrimis cepit rigare pedes ejus. In
creatione universi facta luce facta est divisio a
quarum, per quam efficiebatur, quod alia staret
super cælos, unde Propheta ait: Et aqua omnes
que super calum sunt, alia autem essent sub calis
ad faciendâs arbores. Ac proinde cõversio Mag
dalene nova quædam creatio fuit, und luce
in ea creata: Vs cognovit, aquarum divisionem
instituit, quarum una pars adhibebatur ad solum
terrenum animæ suæ purificandum: aliam verò
aquarum partem super cælum animarum effu
dit, de quo dicitur: Secundus homo de calum calo
stis. Lacrimis cepit rigare pedes ejus. Videntur
in Magdalena repræsentari effectus campho
ræ, quæ in ipsis quoque aquis ardere dicitur:
si enim flammam in ea videre cupiatis, de qua
dicitur quod fuerit igne ejus succensa: si aquam,
ex hisce verbis innotuit: Lacrimis cepit ri
gare pedes ejus. Refert Aristoteles quod in

Exod. 24.

D. Amb.

Luc. fol.

416. col. 1.

D. Chrysol.

ubi supra.

Psalm. 124.

D. Gregor.

in Caten.

D. Thom.

ibidem.

Chrysiolog.

ser. 93.

Psalm. 148.

Aristot. de

mirab.

Natura.

daibus

Handwritten notes in the right margin, including the word 'medicab' and other illegible characters.

huic Carthagenensibus lapis quidam inveniatur, qui in hyeme flumina aquarum, flammam autem in aestate parturit. Similis quoque natura cor Magdalene erat, quod nunc flammam edebat: *Magdalena cor ardebat*: nunc vero aquas scaruribat: *Lachrymis cepit rigare pedes*

D. P. Aug. lib. 21. de Civit. Dei cap. 5.

ejus Fons quidam in Episo reperitur (ita S. Augustinus refert) in quem intincta fax accensa extinguitur, si vero extincta in eundem intingatur, confestim accenditur: Magdalena in lachrymarum suarum fonte, amorem prophanum extirpavit, & accendit Divinum. Plinius quoque refert, quod in Frisia lapis quidam inveniatur, qui mox ut à solaribus radiis contingitur, aquam è visceribus suis confestim emittit: nostra quoque posanteus à vero Paradisi Sole gratiæ radiis illuistrata, duos confestim lachrymarum rivulos emanare fecit: *Lachrymis cepit rigare pedes*

Philo leg. antiq. Bibl.

ejus. Joathas & David pacem inter se mutuam stabilientes, & amicitiam suam corroborare volentes: *Lachrymas plurimas emisserunt in signum firmæ & perpetuæ amicitia*, inquit Philo. Sic quoque Magdalena per lachrymas quas effudit, significare voluit, quod perpetuam quandam cum Deo pacem & amicitiam in violabilem stabiliret, ac proinde *Lachrymis cepit rigare pedes*. Enim vero feminis nulla alia præsto sunt arma ad vulnerandum & feriendum, quam lachrymæ.

L. 1. 6. ser. vi. quoties ff. ad S. L. Silvanum. Apulejus lib. 5. Cant. 4.

Unde lex dixit *Lachrymæ feminarum sunt arma*. Unde Apulejus Psycheo Cupidinem maritum suum lachrymis suis incantelle hucie: *isideth* porò lachrymis Magdalena Filium Dei vulnerare voluit, ut is cum sponso dicere posset: *Vulnerasti cor meum soror mea sponsa in uno oculo rum tuorum*. Enim vero poenitens nostra Antiquorum usurpare consuetudinem voluit, de qua apud Alexandrum ab Alexandro legitur, quod quando gratia aliqua prima vice à Senatu obtineri non poterat, in secundo si ve iterato Senatus congressu *Lachrymis demissi & supplices candidati supplicare solebant, ita quod prius assensu qui non poterant, pietate motus populus iraderet*. Porò Magdalena postulatam remissionis peccatorum suorum gratiam subito impetravit, nec opus erat ut secundum congressum expectares, idque ob solùm lachrymarum suarum respersionem: *Lachrymis cepit rigare pedes*. Ac proinde allerat deinceps qui quis volet fonte in quædam in Germania reperiri, in quo rami, folia, carbones, ossa, conchæ in saxa transfigurentur: vel quod in mari Danico inventus fuerit arboris cuiusdam ramus quondam in scævium nidum

Ioan. Picinarius lib. 4. c. 8. Albertus Mag. lib. de mirabi

sustinens, qui una cum nido & aviculis in mare lapidem sic tranfmutat: *In mari Danico inventum arboris cuiusdam ramum, atque quædam inharrentem, pullosque in eo omnia lapidibus hæc eteom prodigia nil in se habent quod rigare non sit, respectu aquarum quæ à Magdalene oculis effunduntur.*

26. *Et capillos capiti sui tergebat*. Etge capillos Domini sui capillis suis detexit: *Unde videtur: Vt verticem capilli, ex quo ambrosius delicta suis, in sanctitatem tali vertere potuit*, inquit Chrylogos. Porò de Lybia in lachrymis refertur, quod quando serpentes è flombis suis pellere vitantur, capillos suos concrenent, serpentesque ex illo fumo percepto confestim fugiant. Et enim Christi pedes igni similes existunt: *Pedes eius in caminum ignis*, suos ipsi capillos Magdalena pedibus Domini instillavit, ut venenosos peccati serpentes ad anima sua quantocius fugare possit: *Remittuntur tibi peccata tua*. Postquam Lucilus naufragium miser evasisset, comam sibi præcidit, eamque Neptuno dedicavit.

Dii a quoreoque lovi. Servatus dicat è pelagi Lucillus unda Hos crines; aliud namque habes illi nulli.

27. Et enim Magdalena ab æterna mortis periculis clementer excepit, capillos suos Domino offert: *Et capillis capitis sui tergebat, osculatur pedes eius*. Porò osculando pedes amorem suum Christo exhibuit: *Osculum mutis amoris indicium est, osculum pinguis est charitatis*, inquit Ambrosius. *Et unguento ungetas*. Enim vero vas illud alabastrinum, quod Magdalena unguentum plenum ad Christum attulit, longè opulentius fuit eò, quod Cambyses Persarum Rex Assiurum Regi donavit: Illud autem secum ad Christum attulit, ne caelestis Medicus colparum factorum perciperet. Porò hæc omnia operata factus fuerunt amoris, quo genitalem quandam à Christo absoluto nem obtinuit: *Remittuntur tibi peccata multa, quoniam dilexisti multum*. Tu quoque o peccatrix anima fac simile: *Et tu plurimum dilige, ut tibi remittatur plurimum*, concludit S. Ambrosius.